6 ℭ † Sed quero, ſi reus negat ſcripturam, ⁊ actor eum conuincit de mendació, tamen non probat numerationem, nunquid reus puniatur: dicit hic Nico. quod non. iſta enim pena huius auf. requirit debitum ſubeſſe, vel quia numeratio interuenit, vel quia interueniſſe preſumitur per lapſum biennij, vel quia debitum fingitur. vt in ver. at. ſi. Sed ſi debitum nõ apparet, neq: preſumitur, neq: fingitur, mendacium non punitur, cum etiam apparet reum non eſſe debitorem, bene poteſt pluribus exceptionibus vti, etiam contrarijs. vt. ff. de excep. l. nemo. ⁊ plus delinquit actor qui aſſerit debitum quod nõ erat, quam reus qui negauit ſcripturã per mendacium, quam ſi confeſſus fuiſſet, nihil proderat petitori ad condemnationem, cum tale mendacium ex quo alius non leditur, eſt nugatorium, ⁊ ſine pena. ff. de euictio. l. fundum cuius. §. fin. ſm Nico. cui obſtare videf. d. ver. ac ſi. nam ibi nullum eſt debitum, tamen habet locum pena: ſed ipſe iam rñdit ad iſtud contrarium, q: ibi non eſt, ſed fingitur eſſe ꝓpter
7 mendacium. ℭ † Modo ſequitur videre aliqual ter de penaᵈ rei mentien-
d tis in iudicio, circa quod ſic eſt dicendum, ꝙ quicunq: in iudicio cõuentus aliquid negat pro ſua defenſione, hoc licite facere intelligitur, licet in hac
e mentiatur, ᵉ ⁊ ideo nihilominus in alio ſuo iure auditur: ⁊ de ſuo mendacio penam non patitur, ⁊ hoc eſt verum regulariter. ff. de regu. iur. l. nemo ex his. ⁊. ff. de except. l. nemo prohibetur. Sed hec regula fallit in caſibus ſpecialibus, qui hoc modo colligi poſſunt: nam cum reus negat factum ſuper quo conuenitur, aut negatio habet inducere cognitionis euitationem, aut rei cognite abſolutionem. primo caſu reperimus mendacium puniri in actione mere reali, vt. ff. de rei ven. l. fin. vt qui fugit cognitionem poſſidendo circa eam grauetur in petendo, ſic. ſ. vbi in rem actio. l. ij. Item in perſonali. vt. ff. de interrog. act. l. de etate. §. ſi cum eſſet. vt quia ibi qui voluit fugere cognitionem veritatis in partem, eam ſuſtineat in toto, ſaluam tamen habet omnem hereditariam defenſionem. vt eo. titu. l. ſi filius. ℭ Item in perſonali in rem ſcripta. vt. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. l. ij. §. iij. ⁊ ſi quadru. paupe. feciſ. dica. l. j. §. Interdum. vt qui voluit euitare cognitionem veritatis cum legis beneficio, illam ſuſtineat ſine eo quod beneficium meretur amittere: quia conceſſa ſibi abutitur po-
8 teſtate. vt. ſ. de iude. l. Iudeos. ⁊ ibi not. ℭ † Secundo nota. caſum quando negatio habet inducere rei cognite abſolutionem, ſimiliter reperitur negantem puniri in actione reali, ſi duo interueniant ſcilicet quod negauerit ius intentatum per modum fundamenti, ⁊ quod poſtea inde reſumat fundamentum petendo ius quod ſubſtantietur a iure negato. exemplum. ſ. qui potio. in pigno, haben. authen, Item poſſeſſor. ⁊ in authen. de trien. ⁊ ſemiſſe. §. Illud quoq:, colla. iij. Item hoc reperitur in actione perſonali tribus modis. primo quando quis habet beneficium a lege propter ſpeciem contractus, ⁊ reus in iudicio negat ipſum contractum, ⁊ cõuincitur de mendacio. nam punitur in amiſſione illius beneficij. vt eſt exemplum. ff. de re iud. l. ſed hoc ita. ff. de fideiuſſ. l. ſi dubitetur. §. Ita demũ, ⁊ pro ſocio. l. verum. § j. ⁊ per hoc dico quod fideiuſſor qui negauit ſe fideiuſſiſſe, conuictus de mendacio, perdit beneficium excuſſionis. not. de beneficio excuſſionis. Item beneficiuz cedendarum, pro quo facit. ff. ad. l. falci. l. hereditatum. §. fin. Secundo reperitur quando conuictus ex contractu quez negat, allegat poſtea defenſionē ex originali qualitate ipſius contractus. nam punitur in onere probandi, quia in ſubſtantia conuictus eſt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſt de mendacio: vt eſt exemplum. ff. de proba. l. cū de indebito. in prin.
⁊. §. i. vnde ſi negas promiſſum, ⁊ conuictus dicis fuiſſe promiſſionē con-
ditionalem, vel in diem debes hoc probare. Sed ſi ab initio confiteris
debitum vel promiſſum ſed ſub cōditione, vel in diem, debes per verita
a tem probare, lꝫ ſecus ſit, ſi poſt promiſſionem[a] diceres ex interuallo inſer
tam conditionem vel diem. vt no. j. de exce. l. ſi quidem. ſimilit er. ſi dico
me dediſſe ob cām: tu cōfiteris me dediſſe. ſed negas ꝙ ob cauſam, ego
debeo ꝓbare ꝙ ob aliam cauſam. vt no. j. de dona. ante nup. l. ij. Sꝫ ſi tu
negas dationem, ⁊ cōuictus dicis ꝙ ob cauſam, tu debes probare ꝙ ob
cauſam ſit datum. ſic in omnibus ſimilibus, ⁊ intelligo de originali qua-
litate cōtractus, que in origine contractus aſſeritur interpoſita. Jllud etiā
quod ex poſtfacto aſſeritur appoſitum, vt eſt pactum tranſactionis, ⁊ ſi-
milia, ſemper ſunt probanda ab eo qui dicit vt. ff. de proba. l. in exceptio
b nibus. ¶ Tertius modus punitionis[b] eſt, condemnationis duplicatio de
eo quod eſt ſimplandum, ſi negatio non interueniſſet quod intelligo fieri
debere in illis ſolis caſibus vbi lex hoc dicit, vnus eſt in odium perfidiā
cōmitentis in contractu bone fidei, contracto tempore neceſſitatis, vt, ff.
depoſiti. l. i. §. merito. alius eſt fauore religiōis. inſti. de obli. que ex quaſi
contractu. §. ſi. alius eſt in odium damnuꝫ dantis, s. ad legem aquiliā. l.
contra negantem. alius eſt in odium negantis obligationem litera rum,
vel numerationem manu propria contractam. vt hic. ¶ Alius eſt quan
c do quis primo confeſſus eſt ſe occidiſſe[c] hominem, poſtea reuocat con-
feſſionem: quia dicit hominem viuere, poſtea conuincitur de mendacio,
ſcilicet quod eſt mortuus, nam non auditur ſi velit dicere quod ab alio
non a ſe fuit interfectus, vt. ff. ad legem aquiliam. l. inde Neratius. §. fin.
alius eſt propter perfidiam tacite rogati, vt quia negauit relictum, ⁊ po-
ſtea ei defertur iuramentum. nam ſi iurat relictum, vel nolit iurare, cogi-
tur ſoluere ex diſpoſitione minus ſolenni. vt. j. de fideicommiſ. l. fina. pro-
pter odium ſuum, quia primo mentitus eſt. Jſti autem caſus ſunt ſpecia-
les, nec ſunt trahendi ad conſequentiam. vt. ff. de legi. l. quod vero. ſecun
dum Nicolaum de mata. cuius fuerunt predicta quaſi de verbo ad ver-
9 bum. ¶ † Quero. quo iure pena huius authen. infligatur? Reſpon. glo.
quod per conditionem ex lege. ergo ſuper hoc oportebit offerri libel-
lum, ⁊ lit. conteſtari: ſed veritas eſt quod officio iudicis, quod. l. inducit
propter mendatium, ⁊ iſtud officium iudicis eſt mercenarium, quod inter
dum deſeruit actori, interdum reo: nam que in lite emergunt, ad officiuꝫ
iudicis pertinent. vt. ff. de edilitio edicto. l. Ediles. §. Jtem ſciendum. ⁊
d ſufficit hoc verbo tenus[d] implorari ſine libello. vt not. in authen. de tri-
en. ⁊ ſemiſ. §. Jllud quoqꝫ. in gloſſ. ⁊ dicit Jacob. de bel. quod officium iu
dicis mercenarium non poſſit implorari finita inſtantia. ⁊ tunc ſuccedit
opi. gloſſ. quia eſſet neceſſaria condictio ex lege, nec eſt nouum quod ali-
quid poſſit peti officio iudicis mercenario lite pendente. ⁊ poſtea iure a-
10 ctionis. vt not. s. de iudicijs. l. j. ¶ † Juxta predicta quero,[e] ſi accuſatus
e de homicidio negat ſe feciſſe, deinde cum eſt probatum contra euꝫ per
teſtes. ipſe recedit a negatione, ⁊ confitetur ſe feciſſe, tamen excipit quod
ad ſuam defenſionem fecit, queritur an debeat audiri? Dyn. ſentit. quod
non in. c. nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. argumen. huius authenti. in
verbo at ſi. Jacob. de aret. tenet contrarium, per regulam iuris nemo ex
his. ſufficit etiam quod ratione mendacij ſibi imponatur neceſſitas pro-
bandi, que ſecundum quoſdam imponeretur ei ſi ab initio confeſſus fuiſ-
ſet adiecta forma, quod ad ſuam defenſionem. Barto. dicit quod in iſta
authen. eſt caſus contra Dyn. quia in verbo, ac ſi, punitur negans pena
negationis non vinculo principalis obligationis, in qua admitteretur ad
probandum de ſolutione. bene ergo hic admittitur probatio quantum
ad euaſionem oblig. nate ex contractu, non quantum ad penam ſimplici
ter. hoc patet ex eo, quia ſi nullo modo probatio eius reciperetur, con-
demnaretur in ſimplo ratione debiti probati, ⁊ in alio ſimplo ratione pe
ne negationis, quod eſt contra naturam expoſitionis litere, nam tex. ibi
dum dicit ſolidum intelligitur id eſt tantundem non tamen duplum, ſe-
cundum verum intellectum. ¶ Quidam aſſeſſores dicunt quod ſi reus
iurauit plenam ⁊ meram dicere veritatem, ⁊ ſub iſto iuramento abſolu-
te negauit, quod non poſſit poſtea contra ſuum iuramentum venire, ⁊
ipſum perimere: ſecus ſi iurauit reſpondere ſimpliciter veritatem ſuper
accuſatione vel inquiſitione, quia negatio non eſt modus perdende de-
fenſionis, nec eſt hoc de natura negationis, cum veniat ad puniendum,
ergo non debet inducere penam, vel obligatio, que non eſt. facit ad hoc
quod nota. per Jnnocentium ⁊ alios extra. de accuſa. ca. cuꝫ dilecti. quod
capitu. eſt ad hoc multum notab. vbi etiam dicitur quod reſponſionem
iuratam non poteſt quis perimere. ſed exponere. ſed certe verum eſt in
confitente quod ſuam confeſſionem in facto proprio iuramento firmataꝫ
non poteſt perimere ex toto, quia ex ea eſt ius queſitum aduerſario. de
ſenten. excommu. c. venerabilis. lib. vj. ⁊ de appel. c. romana. §. ſi autem
poſt lib. vj. ſed negans bene poteſt perimere ſuam negationem. vt hic, ⁊
emendare etiam: poſt litem conteſt. quia non eſt queſitum ius aduerſa-
rio ex negatione: cum in ea aduerſarius non conſenſerit. nec etiam acce-
ptauerit. iſta etiam eſt ratio illius legis nemo. quam aſſignat hic Nicola.
f de mata. facit quod nota. extra de iureiurand. c. mulieri.[f] per Jnnocen.
g ⁊ hoc eſt verum. niſi ſtatutum[g] aſſignet reis certum terminum ad reſpon
dendum, habendo eos pro confeſſis. ſi in termino non reſponderint, naꝫ
poſt terminum non poſſunt emendare reſponſum. argu. ff. de adulte. l.

accuſaturus. ⁊ quod nota. ff. quod metus cauſa. l.
ſi cum exceptione. §. hec autem actio. ⁊ hoc aſſeſ-
11 ſores debent bene aduertere. ¶ † Jtem ſi reus
reſpondendo diceret non ſum culpabilis, non de-
bet diſcretus aſſeſſor hanc reſponſionem admit-
tere, quia eſt reſponſio iuris, non facti, ⁊ obſcura,
quia cauſam innocentie non declarat, vnde cum
quis dicitur innocens multis modis, vel quia non
fecit, vel quia facere licuit, talis reſponſio non eſt
canonica, ⁊ non inſtruit iudicem, ⁊ ideo non tene-
tur eam admittere. vt not. Barto. in. l. j. §. accuſa-
tionem. ff. ad turpil. ſi tamen admiſit eaꝫ, bene va
let proceſſus, ⁊ litis conteſtatio: tanquam genera
lis. nec dicitur propterea reus contumax in reſpō
dendo, hoc nota. Gaudinus in ſuo opere in titu.
de defen. a reo facienda. vbi videre potes ſi pla-
12 cet. ¶ † Deinde ex iſta authen. habes practicaꝫ,
quod ille qui fecit ſcripturam, poteſt citari quod
veniat ad recognoſcendum eam. ⁊ ſi hoc fit. libel-
lo non oblato ſuper debito procedetur interroga
tiue ſine libello, vt not. ff. de interroga. acti. ſuper
rubrica, ⁊ poterit conuinci de mendacio lite non
conteſ. argum. de libe. lega. l. liberis. §. fina. tamen
h tunc quo ad penam[h] huius authen. neceſſarius eſt
libellus: quia que ante litem non conteſt. contin-
gunt non valde ad officium iudicis pertinent, niſi
petantur. d. §. Jtem ſciendum. ſi autem libellus
erat oblatus ſuper debito, ⁊ lis conteſt. non eſt ne
ceſſarius alius libellus ſuper pena, quia ſiue offi-
cium iudicis incidat actioni, ſiue actio actioni: ſiue
actio officio iudicis ſufficit ordo in principali ſer-
uatus. vt lite. non conteſt. c. quoniam. per Jnnoc.
13 ¶ † Ultimo circa condemnationē expenſarū[i] de
qua hic loquitur: ſcias quod ſi reus in prima re-
ſponſione agnouit bonam fidem, non condemna-
tur in expenſis, vt patet ex diſtinctione text. in cor
pore huius authen. vnde ſumitur. quod tene mēti

1 ☞ Nouatio an fiat per ſolum chirographum.

¶ Lex quinta.

ADuerſus. Exceptio nō nu. pecu. non
poteſt opponi obligationi prime,
que originem trahat aliunde quaꝫ
ex numeratione. h. d. ſecundū glo.
vel ſecundum Petr. exceptio que
non congruit petitioni, non procedit. h. d. Diui-
ditur in duas partes: naꝫ in prima duo permittit.
in ſecunda concludit. ſecunda ibi, cum autem. Ca-
ſus. Debebas mihi. x. ex conuentione, confeſſus
fuiſti ſolenniter illa. x. te debere ex mutui cauſa, vi
delicet ex tranſlatione cauſe antecedentis in cau-
ſam mutui, ago contra te ex hoc chirographo. tu
excipis quod tempore huius confeſſionis nulla in
teruenit numeratio, queritur nunquid procedit ex
ceptio? Reſpondet Jmperator premittendo,
quod reus qui habet aliud ius excipiendi, poteſt
eo vti. Jtem quod exceptio non nume. pec. habet
locum vbi origo petitionis fundatur in numera-
tione: ſed in caſu propoſito non fundatur in nume
ratione, ſed in iuſta cauſa precedentis debiti exce
ptio non numerate pecu. non obſtat. nec probata
1 releuat. hoc dicit. ¶ † Oppo. nam per ſolum chi-
rographum non fit nouatio, vnde prima cauſa nō
tranſfunditur, ⁊ ex ſecunda tanquam nuda non a-
gitur: vt ſupra. ſi certum petatur. l. ſi ex pretio. So
lu. hic fuit chirographum ſolenne interuentu ſti-
pulationis, non nuda confeſſio. ⁊ ſic concordat
cum. l. contraria. ⁊ dicit Petr. quod iſta eſt diui-
natio. quia hic non fit mentio de ſtipulatione. Alij
dicunt quod hic pecunia erat preſens, ⁊ ideo per
confeſſionem poteſt transferri in cauſam mutui,
quia fingitur breui manu numerata: vt. ff. ſi cer.
pet. l. ſingularia. dicit Petr. quod ſimiliter iſta eſt
diuinatio. Alij dicunt quod hoc chirographum
emanauit ad probationem, nō ad obligationem:
ſed iſta ſolutio non eſt vera, quia mutata eſt cauſa
alterius contractus in cauſam mutui: ergo non eſt

a ¶ Promiſſionem. Adde Bal. in. l. i. in ver. in perſona li. j. de furtis.
b ¶ Punitiōis. Uide de Bal. in. l. j. de fur. ⁊ quod nota. in proxi. q.
c ¶ Occidiſſe. Uide per Bald. in. l. iij. verſi. quinto preſtatur. j. de fur.
d ¶ Uerbotenus. Adde no. p Bal. in. l. j. in ver. ſꝫ iuxta occurrit. j. de fur. ⁊ Bart. hic. ⁊ Bal. hic in prin.
e ¶ Quero. lꝫ accuſatus de homicidio negauerit. ꝓt tū dicere poſtea ꝙ ad ſuā defenſionē fecit. vid Bal. in. l. j. j. de confeſ. iij. reſpō. ⁊ in. c. i. in §. Jtē ſi vaſallus. ſi de inueſti. feudi ꝯtro. fuerit. in vſi. feu. ⁊ que ibi notaui. ⁊ dixi in. d. c. cū dilecti. vide Joā. an. in reg'a nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. vbi diſputat. An. Bar. ☞ Tu vide quod notaui i apoſt. ad Bar. hic nu. vi. in ver. ad ſui defenſionē, ⁊ ibi tracto an ꝓpter primum mēdaciū ꝓhibeat excipere ꝙ ad ſui defenſionem fecit Celſus.
f ¶ C. mulieri. Adde Bart. in. l. poſt legatū. ver. procedo vlterius. ff. de his quib. vt indi.
g ¶ Statutū. Nota. pro bānito qui habetur ꝑ cōfeſſo. ⁊ poſt terminū non audit, an ſic. ſcdm Bald. in. l. i. s. de poſtulan. ⁊ hic adde que no. Bal. i. l. Jta demū. s. de pc. ⁊ oīno in. l. j. j. de here. inſti.
h ¶ Penam. Uide Bal. s. pr. in ver. quero. quo iure. ⁊ q ibi dixi ⁊ Bar. hic. ⁊ Ange. in. §. Jllud quoqꝫ. el. ij. in auſ. de triē. ⁊ ſemiſ.
i ¶ Expenſarū. Uide de Bald. in. l. Jn cōtractibus. §. ſuper. j. eod.

probatio,ſed nouus contractus.quare dicit Pe. concludendo quod in iſta.l. debeat aliter poni caſus.videlicet debebas mihi. x. ex cauſa venditionis,confeſſus es in inſtrumento te debere decem ex ipſa cauſa, certe quando peto, ſi vis opponere exce.non num.pe.non potes,quia nõ ago quia numeraui,ſed ex cauſa venditionis.⁊ ideo exceptio nõ congruit petitioni ſecundum Pet. quod ſequitur
2 Cyn. ¶†Unde conclude.quod aut hec confeſſio reſpicit originaliter ⁊ ſecundario cauſam mutui. ⁊ dic vt dixi.ſupra.eod.l.cum fidem.aut originaliter ⁊ non ſecundario.⁊ dic vt.l. ſi ex pretio. aut confeſſio originaliter ⁊ ſecundario reſpicit aliam cauſam quam mutui,⁊ tunc exceptio non nume.pecu. quia non eſt conueniens petitioni, non officit actioni.tu dic quod omnia iſta ſunt vera in ſe. non tamen quantum ad thema noſtre. l. cui aptior eſt caſus glo.ex illo aduerbio tunc.nam ex hoc colligitur a contrario ſenſu,quod vbi eſt contentio ſuper numeratione pecu,ex parte actoris proponentis,⁊ rei opponentis, ⁊ velit reus probare pecuniam non eſſe numeratam, ſatis eſt probare quod tempore cautionis non fuerit nume. pecu, ⁊ tunc actor habet neceſſe probare precedentem cauſaz mutui.alias ſuccumbit.vt gloſſ.innuit.⁊ no.ſupra. eod.l.ij.⁊ hanc literam ponderat hic ad hoc Nic. de mata.⁊ adde quod nota. ſupra. de poſtu. l. ſi ſub ſpecie.⁊.ſ.de condi.ob turp.cauſam.l.j.

a ¶Nõ habent.No. ꝙ cãpſores qui p alio pmittunt non hñt bñficiũ excuſſionis. vide alias limitationes quas notaui in.l. decez. ff.de verb. oblig. Ang. in.l. fideiuſſor.§.pater ſeij.ff. de dig.An.Bar.

b ¶Fieri. Uide p Bal.in.l. nõ ſolũ. §.morte.ff.de op. no.nun.

c ¶Stipulationez. Uide Bar. no.in l.ij.§.fina.ff.ſi cer. peta.

¶Lex ſexta.

FRuſtra. Qui ſe pro alio cõſtituit debitorem principaliter,vel aſſeſſorie non poteſt opponere exceptionem non nu.pecu. h.d.Caſus.Titius debebat mihi centum que ſibi numerauerum, tu in locum Titij promittis illa cẽtum,ego ex eadem cauſa ago contra te.Tu opponis exceptionem non nume. pecu.queritur vtrum poſſis? Reſponde quod non.ratio: quia hic nõ agebatur vt pecunia tibi numeraretur, nec ex perſona ſua obligatio ſumpſit exordium.⁊ ideo campſores qui pro alio promittunt, hanc exceptionez
a non habent,[a] imo etiam ſi tanquam fideiuſſores p alijs promittant,non habent beneficium excuſſionis,de quo magis videtur mirandum.⁊ eſt ſpeciale.vt in auf.de fideiuſſ.§.fina.col.j. vbi dicit gloſſ. quod ſi campſor meus alij ſpopõdit pro me, poterit etiam prius conueniri. ex qua gloſſ. apparet quod ego non liberor, nec ipſe habet beneficium excuſſionis.⁊ eſt ſpeciale.propter precipuam fidẽ quam homines habent in promiſſione campſoruz ſecundum gloſſ.quod tene menti. ¶Oppo.de.l. ſi cui.ſ.eo.Sõ.ibi conuentus excipit proponendo excep.ad eum tranſmiſſam a reo principali,non a ſeipſo.⁊ ſic nõ ob.⁊ ex.l.noſtra apparet quod vna cauſa ſufficit pluribus perſonis, videlicet cauſa numerationis in reo ſufficit in pluribus,ad quos talis obligatio deſcendit.

¶Lex ſeptima.

SI quaſi. Obligatio chirographi ⁊ non num. pecu.condicitur.h.d.¶Oppo.contra hanc.l.que dicit quod ante biennium nata eſt obligatio,cum condicatur liberatio.⁊ idẽ tenet Gui.de cugn.⁊ Cyn.quod eſt verum de obligatione ciuili, que oritur ex chirographo. eod. quod habet ſua formalia: ſed quia non habet naturalia contractus mutui,interim non naſcitur na-
1 turalis obligatio.vt dixi in.l.j.ſ.eod.¶†Quid ergo prodeſt condicere? Reſponde chirographum ſeu apodiſſa reddetur cancellatum vel cancellatũ, quia ex iniuſta cauſa eſt penes creditorem.vt.ſ.de condi.ſine cauſa.l.diſſolute,⁊ nota.de legi.l.huiuſmodi.ſi ita cui.

☞Querimonia de qua in.l.ſi intra.C.de nõ nu. pec.ſit mentio,coram quo debeat proponi?
3 Exceptio non numerate pecunie an currat hereditate iacente?

¶Lex octaua.

SI intra. Exceptio non num.pec. tranſmittitur ad heredem niſi tpe ſit ſopita. h.d. ¶Nota exceptionem tẽporalem tpe tranſmitti ⁊ perpetuã perpetuo tranſmitti,⁊ ad annihilatam tpe non tranſmitti. ¶Item no. ꝙ priuilegiũ heredis non patrocinat in his que cũ defuncto ſopita ſunt.
1 ¶†Quero dicitur hic ſi non eſt querimonia pppoſita ⁊c.quero coram vicinis.ſed gl.iſtud reprobat.qꝛ res inter alios acta alijs nõ debet nocere. ⁊ ideo opꝫ ꝙ fiat in ſcriptis ad domum creditoris,vel in perſonam eius, vel coram iudice:vt.ſ.de epiſc.aud.l.ſi preſens.⁊ de anna.exce.l. vt perfectius,proteſtatio etiã dꝫ fieri [b] ei qui ex proteſtatione poteſt ledi, ſicut
b interpellatio:vt no.ff.de no.ope.num.l.de pupillo.§.ſi qs forte.¶†Quero.an exceptio non nu.pe.que incipit currere cõtra defunctum, cõtinuet ſuum curſum in ſuccedente pupillo?quidam dicũt ꝙ non.Alij dicunt cõtrarium.⁊ melius.qꝛ venit ad corroborationem ꝯtractus.vt.ff.de mino.§. Emilius largianus.tñ minor poteſt reſtitui:qꝛ eſt preſumptio legalis. in qua nõ attendi  cõſenſus:ſed mora tẽporis, vbi eñ attenderetur cõſenſus (vt in preſcriptione cõuentionali) ſecus eſſet, qꝛ ceſſaret reſtitutio: vt.d.l.Emilius.Non ob.ff.de ver.obl.l.cum filius.§.in hac. qꝛ ibi nõ attenditur ſolus conſenſus defuncti ſed factum minoris.per qd purificatur obligatio.⁊ ideo datur reſtitutio. qꝛ aliquid eſt geſtum a minore, ſine quo
3 obligatio non eſt cõmiſſa. ¶†Quero.numquid hereditate iacente curat iſta preſcriptio?quidam dicunt ꝙ non.glo. ſentit ꝙ ſic. ⁊ hoc verius facit quod nota.ff.de mino.l.etiam.imo etiam bonis vacantibus reperit quod bona vacantia preſcribuntur,⁊ contra bona vacantia preſcribitur. ad hoc facit.ff.de neg.geſt.l.debitor.

1 ☞Materialia principia limitant ſuos effectus.
2 Exceptio non num.pec,quare non opponatur contra ſtipulationem?

¶Lex nona.

CUm vltra. Qui partem accepit non tenetur ad ſolidum: ſed duntaxat ad acceptum, dummodo accipiat tempore competenti.h. d. Caſus Spe future numerationis confeſſus ſum me debere tibi decem ex
c cauſa mutui,que per ſtipulationem [c] promiſi. demum tu numeraſti mihi quinq; dicit Imperator ꝙ tu non potes me conuenire vltra quam recepi,ſi intra biennium exceptionem in factum oppoſui, vel querelam pro-
1 poſui.h.d. ¶†Nota.ꝙ materialia principia limitant ſuos effectus.vnde niſi obligatio contrahatur ex reali materia ibi non poteſt vltra contrahi vere ſed tantum preſumptiue.puta ſi non opponatur exceptio.Item no. ꝙ contra ſtipu.non oppo.exceptio non num.pecu.ſed in factum.¶Oppo.ꝙ re contrahitur obligatio vltra rei interuentuz.vt in duo.re.ſ.vt.ſ. ſi cer.pe.l.ſi non ſinguli. Sol.ibi ex parte creditoris interuenit res totaliter,ſed ex parte reorum diſtributio quam inter ſe faciunt non diuidit actionem.in qua conſideratur creditor non debitor. materia igitur diſtributiua per partes de voluntate reorum non officit creditori qui ſolidum numerauit,in cuius factum attenditur principalis in obligatione forman-
2 da.argu.ſi pars heredi.peta.l.j.in prin.¶†Quero.quare contra ſtipulationem non oppo.exce.non nume.pecu.? Reſpon.imo oppo.ſm Iac. de ra.vt inſti.de actio.in prin.⁊.ſ.eo.l.ſi ex cautione. Pet.dicit ꝙ exceptio non num.pec.poteſt cõſiderari dupliciter.vno modo pro cauſa ſiue materia.id eſt qꝛ non eſt numeratum.alio modo pro ſpecie exceptionis.primo modo bene poteſt opponi contra ſtipulantem.quia ſicut agenti ſufficit proponere cauſam ſine nomine actionis: ita excipienti ſufficit proponere cauſam exceptionis ſine nomine except.vt.ff. fami.erciſ.l.j. ¶Secundo modo non ob.excep.non nu.pecu.ſed in factum.⁊ eſt ratio.qꝛ petitio actoris fundatur in ſtipulatione,tanquam in cauſa immediata actionis productiua,nõ in numeratione:qꝛ numeratio eſt cauſa cauſe.⁊ ſic cauſa remota.vnde cum cõtra cauſaz immediatam debet excipi,ad eneruandam petitionem, vt illi cauſe correſpondeat magis exceptio generalis in factum, quam non numer. pecu.merito exceptio denominatur in factũ.qꝛ eius concluſio que etiã in executionibus dꝫ attendi magis reſpicit factum ſtipulationis quam factum numerationis ſm Pet. Inducit ſimile de.l.nõ debet.ff.de dolo,quam hic declarat,⁊ bene tene menti.

¶Lex decima.

ASleueratio. Exceptio negatiua non requirit probationez, ſeccus in affirmatiua.h.d.ratio redditur.qꝛ non debet quis conſtringi ad impoſſibilem probationem, ſicut eſt probatio mere negatiua que non poteſt probari ratione naturali alicuius ſenſus. vt plene dictum eſt.ſ.de proba.l.actor.

¶Lex vndecima.

SI tranſactionis. Exceptio non numer.pecu.non poteſt opponi cõtra tranſactionem.hoc dicit. intellige niſi tranſactio ſit facta in fraudem vſurarum ſecundum Innoc.qui ita eleganter not. extra de depoſiti.c.grauis.vbi omnino vide.

1 ☞Liberato reo per ceſſionem ciuilis obligationis ab eo: an liberetur fideiuſſor?

Exceptiones

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2 Exceptiões inſeparabiles a perſona rei, que ſint? vincula naturalia an
tranſferantur in fiſcum? 3, vide num. 4.
5 Nouatio, vtrum fiat per dilationem termini?
6 Exceptio competens reo, an ſtatu mutato competat fideiuſſori?
7 Exceptiones que competunt reo integro ſtatu, quando naſcantur ex cõ-
tractibus, beneficijs, alijs diſpoſitionibus legum? de his vide hic per or-
dinem. num. 8. ⁊ 9.
10 Preſcriptio rei an proſit fideiuſſori?
11 Fideiuſſor ſi interceſſit per chirographum: an per contrarium chirogra
phum liberetur ipſo iure?
12 Reus principalis ſi fuit liberatus per pactum de nõ petendo, ⁊ poſtea
cõuẽtus in iudicio fuit abſolutus, an tũc fideiuſſor ſit liberatus ipſo iure?
13 Exceptio aliqua an competat fideiuſſori, que non competat reo prin-
cipali?
14 Fideiuſſor ſi preſcripſit, ⁊ non reus, an proſit reo?
15 Fideiuſſor an poſſit ex perſona rei excipere: reo inuito?
16 An autem pendente iudicio cũ fideiuſſore: reus volens adherere huic
liti poſſit capi pro debito?
17 Exceptione propoſita per fideiuſſorem, ſi creditor numerauit reo, an ex
ceptio tollatur? adde. num. 18.
19 Mandator eoipſo quod opponit exceptionem non numerate pecunie
an intelligatur reuocare mandatum?

¶ Lex duodecima.

**Tam mandatori.** Hec lex habet vtilem ⁊
ſubtilem materiam, ⁊ nõ
diuiditur, q2 breuis, ⁊ licet ſeipſam ſummet, tamen põt ſum-
mari hoc modo. Exceptio reo competens, competit cuilibet
intercedenti pro reo. h. d. caſus patet. Not. quod exceptio rei porrigitur
1 ad interceſſores. ¶ † Oppo. ff. de fideiuſſ. l. vbicunq;. vbi dicitur quod li-
berato reo per ceſſionem ciuilis obligationis, ab eo non liberatur fide-
iuſſor. ecce ergo quod defenſio competens reo, non cõpetit fideiubenti
pro eo. Solu. illa lex habet tres lect. prima loquitur in fideiuſſore dato
ante libera. qui in oblig. retinetur, licet reus iure ciuili ab oblig. eximatur.
ſecunda lect. eſt in fideiuſſore dato poſt libera. qui tenetur, licet reus iure
ciuili habeat defenſionem. tertia lectu. eſt quod licet fideiuſſor mero iure
teneatur, tamen exce. ſit tutus. prima lec. eſt vera in ſe. ⁊ conueniens lite-
re. ſecunda vero lec. eſt vera in ſe, ⁊ inconueniens litere. tertia lec. eſt falſa
in ſe, ⁊ inconueniens quo ad tex. ſecundum igitur tam primam quam ſecũ
dam lec. i. tam in exce. ſuperuenienti, q̃ in antecedẽti, vr̃ illa lec. cõtraria.
l. noſtre. pro ſol. huius cõtrarij premittende ſunt due regule, vna regula
eſt de exceptionibus inſeparabilibus a perſona rei, que non proſunt fi-
deiuſſori: ⁊ ita loquitur contrarium. Alia de exce. in quibus participant
2 tam reus quam fideiuſſor, ⁊ iſte competunt fideiuſſori. vt hic. ¶ † Modo
videnda ſunt exempla. que ſunt iſte exceptiones, que ſunt inſeparabiles
a perſona rei? ⁊ dico quod ille que non contingunt radices obligationis
naturalis cui adheret fideiuſſor, verbi gratia, reus principalis eſt banni-
tus omnibus ſuis bonis ademptis, ⁊ in fiſcum tranſlatis, certe iſte banni-
tus tutus eſt, nam habetur pro mortuo, quia nudus exulat. vt. ff. de con-
tratab. l. i. in fina. de capi. dimi. l. tutelas. §. ſi libertate. ⁊ ff. pro ſoci. l. actio
ne. §. publicatione. Sed hic occurrit dubium, nunquid naturaliter rema-
neat obligatus ſola ciuili in fiſcum tranſlata. glo. i. ibi dicit quod ſic, quia
naturalis obligatio radicatur in conſenſu, qui non eſt amotus a contra-
hentibus. dicit Dyn. in contrarium quod actiue ⁊ paſſiue naturalis obli-
gatio in fiſcum tranſit, quaſi in vniuerſalem ſucceſſorem iure. de actiua
tranſmiſſione patet. ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. fina. de paſſiua pa-
tet. ff. de fideiuſſ. l. ſi debitori deportatio. nam ſi ibi duraret naturalis ob
ligatio, poſſet accedere fideiuſſor pro deportato, quod eſt falſum: ſed pro
glo. facit, quia naturales obligationes ſunt de iuregen. vt. ff. de regulis
iuris. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de poſit. l. bona fides. ſed de-
portatus retinet ea que ſunt iuriſgent. vt. ff. mandati. l. ſi mandauero. §.
is cuius bona. ergo apud eum reperitur obligatio naturalis, ⁊ multoma
a gis in bannitis,[a] qui banniuntur ex forma ſtatuti: nam authoritas legis
municipalis non eſt tante potentie: quod poſſit extinguere iura natura-
lia: vt. l. i. ⁊ ij. de vſu. earum rerum. ⁊ dominia ſunt de iuregen. ⁊ tamen
in fiſcum transferuntur propter delictum. facit. infra. ad. l. iul. de vi. l. tuto-
3 ris. ⁊ ſolu. matrimo. l. ſi conſtante. §. fina. ⁊ in. l. ſi marito. ¶ † Ex his pre-
miſſis etiam apparet quod naturalia vincula in fiſcum tranſferuntur, po-
teſtate confiſcationis, q2 hr̃ pro herede, licet proprie non ſit heres: vt. ff.
de noua. l. quoties. in ſi. ⁊ l. nouatio. ⁊ not. quod gloſſ. dicit quod per de-
portationem tollitur ciuilis obligatio, quod intellige cum remoueatur a
perſona, ſed non a materia. ⁊ eſt ſimile in eo qui decedit ſine herede. vt.
l. poſtq̃. in prin. vt leg. ⁊ no. caue. ff. de ſolu. l. ſtichum aut pamphilum. in
prin. nam non propterea liberatur fideiuſſor talis decedens. Item eſt ſi
mile in fideiuſſore minoris in integ. reſtitu. vt not. ff. de minorib. l. iij. in. §.
ſed vtrum. Aliud exemplum in debitore principali, qui ceſſerat bonis,
qui liberatur non a ciuili obligatione: ſed a ciuili conuentione, quia nõ po
teſt in iudicio conueniri beneficio ceſſionis. vt inſtitu. de ac. §. fin. tamen
fideiuſſor bene tenetur ad hoc. ff. de procu. l. Titius huiuſmodi igitur de-
fenſiones que perſone coherent, fideiuſſoribus
non competunt in contractu: ſed coherentes rei
competunt. vt hic. nam cautio ſpe future numera-
tionis, tacitam habet cõditionem. vt. j. eo. l. fin. vn
de nimirum ſi fideiuſ. non num. pecu. defenſiones
4 non hz. quaſi ex tacite condi. defectu. ¶ † Secun-
do oppo. de. l. fin. j. de fideiuſſo. vbi reus eſt tutus,
nõ fideiuſſor. Sol ibi reus erat tutus ſtatus muta
tione ex confiſcat. hic autem erat tutus ex qualita-
te obligationis, ⁊ ſic erat exceptio rei coherens. ⁊
ad hoc vt hec materia liqueat, cõſiderãdũ eſt quod
quandoq; reus eſt tutus ratione obligationis non
nate, vel non efficaciter nate, ⁊ tunc eodem modo
eſt tutus fideiuſſor. vt hic. ⁊ ff. de fideiuſ. l. ſi teſta-
mento. §. fi. ⁊ l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. i. reſpõ.
¶ Quandoq; reus eſt tutus ratione obliga. a ſua
radice reſolute, ⁊ idem, ſiue ſit reſoluta ipſo iure,
ſiue ope exceptionis. vt. ff. de fideiuſ. l. ex perſona.
⁊. ff. de excep. l. exceptiones que. §. rei autem cohe
rentes. ff. quarum. re. ac. non da. l. i. §. exceptiones
Interdum reus eſt tutus ratione obligationis no-
uate, ⁊ ſi quidem eſt nouata ipſo iure, fideiuſſor eſt
tutus ipſo iure, niſi ſe repetierit in obligatione no
uata ſi vero eſt nouatio ope exceptionis, tunc eſt
fideiuſſor tutus ope exceptionis. vt. l. vbicunq;,
5 verſ. cum vero. ¶ † Sed hic dubitatur vtrum iſta
nouatio fiat per dilationem termini? ⁊ videtur q̃
ſic. vt. ff. de preto. ſtip. l. Ualerianus. ¶ In õrium
videtur quod non. vt. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pri.
So. aut tempus ſolutioni prorogatur, aut tempus
contractui, aut noua forma datur. Primo caſu nõ
ſit nouatio, nec liberatur fideiuſſor, quia per ſim-
plicem prorogationem non tollunt̃ acceſſoria[b] vt.
ff. de mino. l. Emilius largianus. ⁊ per not. per
Inn. extra de appel. c. preterea. Secundo vero
caſu non tenetur fideiuſſor, niſi ſit repetitus in no-
uo contractu. j. loc. l. ſi cum hermes. Tertio caſu
idem ⁊ pone exemplum per. l. cum in plures. §. le
ge dicta. ff. loc. quandoq; reus habet defenſionez
ratione obligationis in fiſcum tranſlate, ⁊ hec de-
fenſio non prodeſt fideiuſſori: ſed caue tibi: nam
ſi fideiuſſor habet beneficium excuſſionis, ⁊ fiſcus
eſt ſoluendo, poterit fideiuſſor iſta exceptione ſe
6 tueri. vt in authen. de fideiuſ. §. i. ¶ † Deinde hãc
materiam ſi collige, ⁊ queras an exceptio compe-
tens reo, ſtatu mutato, competat fideiuſſori? ⁊ dixi
quod non competit fideiuſſori contractus: ſed fide
iuſſori iudicij competit eo caſu, niſi propter talem
caſum fortuitum impoſſibile eſſet fideiuſſori ſiſtere
reum: vt. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi deceſſerit.
7 ⁊. l. ſi vero pro condemnato. ¶ † Secundo quero
de exceptio. cõpetentibus reo integro ſtatu, ⁊ pri-
mo quando iſte exceptiones naſcantur ex contra-
ctibus. Secundo, quando ex beneficijs. Tertio,
quando ex alijs diſpoſitionibus legum, nã ex mul
tis ⁊ varijs figuris cauſarum defenſiones dantur.
Circa primum dic quod aut in pacto apponit̃ per
ſona rei per modum determinationis, aut per mo
dum demonſtrationis, aut dubitatur: primo caſu
non prodeſt fideiuſſori in vim pacti, ſed poſſet
prodeſſe ex alia equitate, puta per exceptionem
excuſſionis, vel cedendarũ actionum. vt. ff. de pac.
l. niſi. ⁊. ff. de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus eſſes. §. fina. ſe-
cundo ⁊ tertio caſu prodeſt fideiuſſori, quia libera
tiones ſunt licite interpretande: vt. ff. de pactis. l.
Iuriſgen. §. pactorum, ⁊. l. qui in futurum. §. ſi ex al
8 tera. ¶ † Secundum ſcilicet quando ex beneficio
principis reus eſt tutus. verbi gratia. princeps cõ
ceſſit beneficium quinquennalis dilationis omni-
bus cruce ſignatis: modo reus eſt cruce ſignatus,
non fideiuſſor, certe iſtud beneficium non prode-
rit fideiuſſori, quia eſt ſignatis conceſſum per cau-
ſam extrinſecam que non elidit obligationem ta-
men ne fideiuſſor habeat regreſſum contra prin-
c cipalem poteſt principalis[c] comparere ex perſona
ſua, ⁊ opponere de beneficio ſibi conceſſo pro ſuo
intereſſe. ne conueniatur a fideiuſſore: vt plene no
ta. per Cynum. S. de precip. impera. offeren. l. quo
ties. facit. ff. nam. l. Idemq;. §. generaliter. ⁊. ff. rẽ
ra. habe. l. procu. ad exhib. §. ſi procu. quod eſt no.

a ¶ In bãnitis. No. q̃ bannũ munici-pale nõ extinguit obligationẽ natu-ralẽ. vide Angel. in. l. ſi cũ dotem. §. ſi pater. ff. ſol. ma. And. Barba.

b ¶ Acceſſoria. Ui-de per Bal. in. l. acceptã. j. de vſu.

c ¶ Principalis. Adde. Baldu. ⁊ doc. in. l. cũ filius §. j. ff. de. ver. obl.

¶†Circa tertium.ſ.quando ex prouidentia leguꝫ.
ſiquidem lex eſt de certa perſona,equiparatur re-
ſcripto,⁊ idem quod in beneficio principis: ſi autẽ
eſt lex generalis diſtingue. aut beneficium conce-
ditur mera ratione perſone aut ratione cauſe, aut
mixta ratione perſone ⁊ cauſe.primo caſu non cõ-
petit fideiuſſori.vt.l.⁊ ſi fideiuſſor.ff.de re iudicis.
Secundo caſu competit.vt.d.l.exceptiones.Ter-
tio caſu diſtingue.vt.l.j.⁊.ij. de fideiuſſ. minorum.
a ¶ Sed hic dubitatur, nunquid fideiuſſor [a] poſſit
opponere exce.compenſa.ſi forte reo debetur effi
caciter,vel ſaltem naturaliter ?⁊ videtur quod nõ,
quia ille qui compenſat videtur agere.vt.l. ampli
us rem ratam habe . ſed fideiuſſor non habet ad
hoc mandatum ergo non poteſt compenſare. In
contrarium videtur,quod ille qui compenſatur,vi-
detur ſoluere.vt.l.debitor.ff.qui pot. in pig. hab.
ſed fideiuſſor poteſt ſoluere de pecunia debitoris.
vt.ff.man.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ergo
⁊ compenſare. Sol eſt caſus quod compẽſare po-
10 teſt.de compenſa.l. verum. ¶†Item dubitatur,
an preſcriptio rei proſit fideiuſſori ? ⁊ videt quod
ſic,quia preſcriptionis excep.eſt rei coherens. er-
go tranſit ad fideiuſ, ⁊ quod ſit rei coherens ptꝫ.
quia eſt ſimilis ſolutioni.vt.l.ſi pupilli.ff.de admi.
tu.preterea preſcriptio antecedens impedit ne fi
deiuſſor obligetur. vt.ff. de fideiuſ.l. ſi quis poſt-
quam ergo ⁊ ſubſequens reſoluit.⁊ quemadmodũ
non poteſt incipere obligatio fideiuſſoris poſt pre
ſcriptionem ita nec remanet. eo.tit.l. Uranius.§.
ſed cum duo.In contrarium videtur, nam poteſt
eſſe interrupta preſcriptio contra fideiuſſorem ſo-
lum,⁊ ex mora fideiuſſoris poteſt ſua obligatio p-
petuari.vt.ff. de verbo obli.l. mora rei . ſicut ⁊ in
penam incidere quaꝫ reus non promiſit, ſed ipſe
ſolus fideiuſſor.vt no.ff.de fideiuſ.l.ſicut reus.hoc
etiam nõ facit obligationis natura ſed culpa. So
lu.quedã eſt preſcriptio que ipſo iure obligationẽ
tollit,ſicut eſt in exemplo.l. cum de in rem verſo.
ff.de vſuris . vt quemadmodum ex preſcriptione
fingebatur obligatio, ita longo ſilentio ex aduer-
ſo preſumitur debitorem non teneri.ar. ff. de ſol.
l.prout quiſqꝫ.vel melius pone exempluꝫ in actio
ne ad vindictam.vt.ff.de iniurijs.l.ſed ſi vnius.§.
ſi ante. coniuncta.l.q.iniuriaruꝫ.ff.de conſti. pecu.
⁊ tunc ſine dubio liberato reo , liberatus eſt fide-
iuſſor , quia ſine radice non poteſt obligatio fide-
iuſſoria ſtare,vt not.ff.ad treb.l.ſi heres pecuniaꝫ.
quedam eſt preſcriptio que obligationem elidit,
⁊ tunc aut eſt perpetua contra fideiuſſorem,⁊ non
prodeſt ſibi preſcriptio, aut nõ eſt perpetua:⁊ tũc
11 prodeſt aut tpalis,⁊ tunc ſecus . ¶†Quero,cum
fideiuſſor interceſſit ex chirographo, nunquid per
contrarium chirographum liberet ipſo iure?Re-
ſpon.quod ſic,quia eadem eſt potentia contrario-
rum.vt.j.eo.l.generaliter. Item quero.fideiuſſor
accedit ſentẽtie,tandem lata eſt ſententia cõtraria
eo caſu quo dubitatur de prima , an fideiuſſor eſt
liberatus ipſo iure?Reſpon.ꝙ ſic,q2 prima ſentẽ-
12 tia eſt abolita ſm Bar.in.d.l.vbicunqꝫ. ¶†De
nuo quero,reus erat liberatus per pactum de nõ
petendo,tandem conuentus in iudicio fuit abſo-
lutus:queritur nunquid fideiuſſor ſit liberatus ipſo
iure?⁊ videtur quod non,q2 per ſententiã abſolu-
toriam nõ tollit obligatio ipſo iure. vt.l.Iul.ff.de
condict.indeb.Bar.dicit contrarium in.d.l. vbi-
cunqꝫ.ꝙ per pactũ tollit naturalis, ⁊ poſt ſentẽtiã
tollitur ciuilis,⁊ tunc ex coniunctione duarũ cauſa-
rum actio eſt ipſo iure perempta:vnde amodo fi-
deiuſſor non eſt fideiuſſor, ⁊ iura ⁊ ſtatuta loquen
tia de fideiuſſoribus, non habent locum in eo qui
ipſo iure deſinit teneri ex complexu dictarum cau
ſarum : ſecus ſi ſententia abſolutoria feratur non
in precedenti pacto , tunc etiã fideiuſſor eſt tutus
ope exceptionis,nõ ipſo iure,etiã ſi Iudex pnun-
tiaſſet non deberi,q2 nõ poteſt authoritas iudicis
tollere naturalem veritatem,tñ obfuſcat eaꝫ,vt in
iudicio allegari non poſſit.⁊ ſic aliquid eſt verum,
quod non poteſt dici verum. hic conſidera, quod
ille qui promittit,conſentit in ciuili obligatione:q2
vult teneri ciuiliter non ſolum naturaliter.vnde ciuilis obligatio nõ eſt
omnino abſtracta a naturalitate propter conſenſum. Et hinc eſt quod
ſententia non tollit ciuilem:ſed elidit quia non tollit conſenſum inheren-
tem ſibi.Item hoc procedit quando ciuilis elidit ciuilem quia remouet a
ciuili hunc caſum in quo fundabatur equitas ciuilis obligationis , ⁊ iſtam
rationem ſubtileꝫ bene notabis.Dictum eſt.ſ.in ſuperioribus an aliqua
13 exceptio competat reo que non competat fideiuſſori. ¶†Modo quero
b econtra an aliqua exceptio competat fideiuſſori,[b] que non competat reo
principali?⁊ eſt certum quod ſic in tribus exceptionibus.ſ.excuſſionis,ce
dendarum,⁊ epiſtole diui adri.Sed dubitatur quid ſi fideiuſſor eſt abſo
lutus an proſit reo?⁊ dic idem quod in iuramento.vt.l.duobus.§. Item
14 a fideiuſſore.de iureiuran . ¶†Sed quero quid ſi fideiuſſor preſcripſit,
⁊ non reus an proſit reo?verbi gratia. fuit interrupta preſcriptio contra
reum non contra fideiuſſorem.Reſpond.quedam glo. dicit quod inter-
ruptio rei nocet fideiuſſori.in fin.ff.nam. Alia glo.dicit contrarium.ff.de
ſolu.l.cum quis.§.ſi quis pro reo.per quam glo.tene,quod preſcriptio fi-
deiuſſoris non prodeſt reo ⁊ interruptio rei non prodeſt fideiuſſori con-
c tractus ſed in fideiuſſore iudi.ſol. [c] poſſet forte ſuſtineri gloſſ.contraria.
15 ¶ Modo procedamus ad alias queſtiones . ¶† Primo quero vtrum
fideiuſſor poſſit ex perſona rei excipere reo inuito ? glo.dicit quod ſic.vt
infra.eodem.l.ſi cui.⁊.ff.de fideiuſſoribus.l.ſi ſtipulatus eſſes.pone ergo
d quod fideiuſſor [d] oppoſuit exceptio.non numerate pecunie,reus compa-
ret in iudicio,⁊ agnoſcit debitum , queritur nunquid iſta agnitio noceat
fideiuſſori?dicit Ioannes de ra.quod non ⁊ hoc tenet Cynus:nam vide
tur dolo facere in necem fideiuſſoris . argumen.ff. mandati.l. quintus.⁊
quod not.ff.de fideiuſſoribus.l.ſi fideiuſſor creditori.Nicolaus de mata-
rel.dicit contrarium . quia per hoc preſumit lex numerationem interue-
niſſe,vt.ſ.eodem.l.cum fidem.Solu.ſi reus principalis eſt ſoluendo, eſt
vera opinio. Nicolai de matarel.quia preſumitur bona fides.ſecus ſi non
eſt ſoluendo,quia qui nihil habet,de facili colludit.ff. de teſtibus.l. iij.in
principio.⁊ per hoc dico quod ſi fideiuſſor dicit contractum de duplo in
fraudem vſurarum,⁊ ideo agit ad reſciſſionem eius quod debitor prin-
cipalis comparens ⁊ confitens fuiſſe de vera ſorte, non preiudicat fide-
16 iuſſori,niſi ſecundum diſtinctionem predictam . ¶†Sed nunquid pen-
dente hoc iudicio cum fideiuſſore reus volens adherere huic liti, eſt tu-
tus ne poſſit capi pro debito.videtur quod non eſt in iudicio reſciſſorio.
argumen.ff.mandati.l.creditor.in principio.In contrarium videtur quia
hoc iudicium tanquam reſciſſorium reo prodeſt,argumento.ff.de inoffi-
cioſo teſtamento.l.poſthumus.§.ſi quis ex his. ⁊ facit de diuer. reſc.l.j.
tamen puto prodeſſe ſi comparuerit in iudicio tanquam adherens alias
17 non.¶†Querit gloſſ.ſi propoſita exceptione per fideiuſſorem creditor
numerauit reo,an exceptio tollatur?glo. dicit quod ſic:⁊ fingitur bene a-
ctum,⁊ male exceptum argumen.in.l.ſi rem.in fin.de pignoratitia actio-
ne.hoc intelligo verum ſi bona fide ſit numeratum : ſecus ſi in necem fi-
deiuſſoris ſit numeratum inopi,vel fugitiuo debitori,quia intelligere de-
buit creditor ſe iniuſte ⁊ inuito fideiuſſore facere,multo fortius in manda
tore,qui tacite videtur reuocare mandatum vbi emergat cauſa reuocan-
18 di:vt.ff.de ſolutionibus.l. ſi cum Cornelius. ¶†Unde hic ſuccedit alia
queſtio pone quod fideiuſſor vel mandator prohibet reo numerari,nun-
quid ſi creditor numerat nocebit fideiuſſori vel mandatori?⁊ de manda-
tore non eſt dubium quod poteſt reuocare mandatum, ſed in fideiuſſore
⁊ conſtitutore videtur oppoſitum.vt.ff . de conſtituta pecunia.l. vtrum.
in.§.vnde falſam.Solu.ſi iuſta ſubeſt cauſa tenet prohibitio , alias non,
vt nota.in dicta.l.ſi fideiuſſor creditori.ff.de fideiuſſoribus . ⁊ ita intelli-
19 gitur quod nota.ff.de procuratoribus.l.Titius.¶†Ultimo quero nun-
quid mandator eoipſo quod opponit exceptionem non numerate pecu-
nie,intelligatur reuocare mandatum?Reſpondeo non,quia aliud eſt fa-
ctum negare,aliud prohibere ne fiat in futurum,quod intellige vt.ſ.ſupra.
ſcilicet niſi creditor alleget iuſtam cauſam emerſiſſe reuocationis man-
dati per dictam.l.ſi cum Cornelius.de ſolutionibus.que eſt valde nota.
ad hoc.

a ¶ Fideiuſſor. Ui-
de glo.in.l.eius.ſ.
de compenſa.
b ¶ Fideiuſſori. Fa
cit ad iſta,an ſi reꝰ
nõ põt opponere
excep. hãni, poſſit
fideiuſſor ? Uide
Bal.in.l. cũ mu-
lier.ff.ſol.mat.
c ¶ Iudi. ſol. Hoc
ſequitur. Ang. in.
l. grege.§. etiã.ff.
de pig.
d ¶ Fideiuſſor. Ui-
de per Bart.in.l.
ij.§.ſi.ff.ſi cer.pet.
⁊ per doc.maxime
per Bart. in. l. ſi
ita ſtipulatus . §.
Chryſogonus . ff.
ſ.de verb.obli.

1 ☞ Acquieſcere quis debet verbo ſuo nec poteſt quis infringere di-
ctum ſuum.2.3.4.5.
6 Obligatio an oriatur ex confeſſione.⁊ an probatio?7.
8 Obligatio quando continet cauſam : an illa cauſa preſumatur pre-
ceſſiſſe , an meſſe tunc temporis ? Et qualis debeat eſſe illa cauſa,⁊ nu-
mero.9.
10 Libellus continens peto a te centum , que mihi promiſiſti per ſtipula-
tionem an procedat?
11 Reus an ſit condemnandus,ſi ſit actum ex ſtipulatione forme,ſed pro-
bata eſt ſtipulatio in genere abſqꝫ cauſa?
12 Cauſa ſi deficit in inſtrumento ſtipulationis , illa tamen ſuppletur per
probationes teſtium,vtrum illud inſtrumentum ſit roboratum ab extrin-
ſeca probatione?⁊ an ſit priuilegiatum.num. 13.
14 Agens ex cauſa depoſiti,ad probandum depoſitum,ſi probet ſtipulatio
nem in cauſa depoſiti:vtrum debeat vincere?⁊ nu. 15.
16 Confeſſio facta in iudicio abſente parte an valeat?
17 Confeſſio ad liberandum an valeat facta parte abſente?
18 Confeſſionibus ſuſpectis an ſit ſtandum?

¶ Le-

Lex decimatertia.

**Generaliter.** Iſta eſt nota. l. ⁊ habet materiam valde vtilem. ⁊ diuiditur in tres partes. In prima ponitur dictum. In ſecunda eius modificatio. In tertio dicti ratio. ſecunda ibi, niſi. tertia ibi, nimis. ⁊ hoc dicit. contra confeſſionem de preterito ſcriptam in inſtrumento de partium voluntate non poteſt obijci quod cauſa non ſit vera: niſi probetur per aliquam ſcripturam. hoc dicit. vel ſic: ratione cauſe finalis de partium voluntate inſerte ⁊ aſſerte in inſtrumento, inſtrumentum redditur adeo efficax quod contra ipſam cauſam non poteſt probari niſi per inſtrumentum contrarium. vel ſic quod ſcriptum eſt verum niſi contrarium contrario documento probetur, vel ſic. contra confeſſionem non probari poteſt niſi per contrariam confeſſionem. ⁊ ſi eſt ſcriptura non poteſt probari contrarium niſi per ſcripturam. Vel ſic: confeſſio ſubſtantialis cauſe inſtrumenti non poteſt infringi niſi a pari genere probationis, id eſt, per inſtrumentum. vel ſic: promiſſio facta ex certa cauſa de preterito in ſcriptis eſt valida niſi contrarium per aliam ſcripturam probetur. hoc dicit. Caſus. Quidam in ſcriptis confeſſus fuit ſe mihi teneri in certa quantitate occaſione alicuius contractus ſpecificati inter nos retro celebrati, quam promiſit ſoluere. peto ab eo iſtam quantitatem, ⁊ in iudicio produco hanc cautionem. ipſe obijcit quod cauſa non eſt vera. queritur numquid mihi incumbat probatio veritatis cauſe. Reſpond. quod non: quia ipſe debet acquieſcere ſue confeſſioni. Sed inſtat querens, quid ſi ipſe vult probare cauſam non ſubſtitiſſe: numquid admittatur ad probandum? Reſpond. quod ſic, per argumenta in ſcriptis inſerta. q. d. non per teſtes. Inſtat querens, que eſt ratio quod ſibi auffertur facultas negandi? Reſpond. quia confeſſio eſt eius proprium teſtimonium, contra quod venire non poteſt. hoc dicit. Ex hac l. nota. ea que ſunt in ſummarijs.

1 † Item nota. quod quis debet acquieſcere verbo ſuo. ſic extra de proba. cap. per tuas. ⁊ dicit Caſſiodorus in libro varia. quod nullum eſt maius mentis teſtimonium quam qualitas inſpecta verborum. Item nota. quod per idem genus admittitur probatio, que non admitteretur
2 per diuerſum genus probandi. † Vltimo nota. quod non poteſt quis infringere dictum ſuum ⁊ teſtimonium ſuum, ⁊ eſt argu. quod licet teſtis
a in mortis articulo dicat ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur [a] ſibi. vt in cap. ſicut. de teſti. ⁊ idem in tabellione. ⁊ nota. Bar. in l. ſi librarius. ff. de regul. iur. ⁊ dic quod in preiudicium tertij non ſtatur verbo teſtis teſtantis. vt. ff. ad velle. l. Seia mancipia. ⁊ ff. ad ſil. ſi quis in graui. in prin. Modo venimus ad oppoſitiones. opponitur. ⁊ videtur quod non contra cauſam inſertam in inſtrumento per verba de preterito admittatur infra biennium exceptio negatiua: vt infra eod. l. in contractibus. ⁊ ſupra eod. l. ſi ex cautione. ⁊ infra de do. cau. l. ſi. So. aut loquimur in cauſa mutui, ⁊ dotis: aut loquimur in alijs cauſis. primo caſu loquuntur contraria. vel ibi non apparet niſi vna cautio: ſed ſi apparent plures ſucceſſiue: tunc idem eſſet in mutuo ⁊ in dote, quod in alijs contractibus: vt ſupra eod. l. cum fidem. Secundo vero caſu habet locum l. noſtra propter contractum literarum, qui habet locum ſolum in ciuili mutuo, non autem habet locum l. noſtra niſi geminata cautio interueniſſet, vel lapſum eſſet tempus negandi ſeu opponendi excep. non numer. pecun. in propria natura. vnde Nic. de ma. ⁊ communiter omnes intelligunt hanc l. in obligatione literarum, que ſtatim eſt efficax ad agendum, non in obligat. literarum, niſi poſt biennium. vt dixi, vel niſi ſit cautio repetita, vt di
3 xi ſuperius. ⁊ hec eſt veritas. † Secundo opponitur ⁊ videtur quod ad
b mittatur probatio in contrarium per ſimplices teſtes. [b] vt. ff. de pact. l. iuriſgen. §. quod fere. Sol. dic, aut quis vult probare contra preſumptionem que ſtatim eliditur in inſtrumento: ⁊ poteſt probari per teſtes. ⁊ ita loquitur contrarium. ⁊ ratio: quia illa preſumptio non eſt ita priuilegiata ſicut inſtrumentum: quia intellectu percipitur: ſed non oculata fide videtur. vt. ff. de his que in teſta. dele. l. prima in princ. aut quis vult venire contra tenorem inſtrumenti reſpectu cauſe: ⁊ tunc non poteſt, niſi per aliud inſtrumentum. ⁊ ita loquitur hic, ⁊ ratio redditur in litera: quia probatio per inſtrumentum fundatur in conſenſu ⁊ confeſſione: ſed probatio teſtium non fundatur in confeſſione partis: ſed in preſumptione partis. ⁊ lex preſumit quod dicant verum, vbi ſunt recipiendi. ſecus vbi prohi
4 bentur recipi. vt hic. † Tertio oppo. nos videmus quod contra inſtrumentum poteſt opponi diſſimulatio cauſe, ⁊ poteſt diſſimulatio probari per teſtes: ergo contra cauſam inſtrumenti poteſt probari per teſtes. vt ſupra plus valere quod agitur. leg. emptione. eſſet enim abſurdum quod ſimulatio non poſſit probari per teſtes. Idem videmus quando eſt error in cauſa finali promiſſionis, nam talis error poteſt probari per teſtes. vnde ſi cum dicitur liberatio per conditionem indebiti, vel ſine cauſa abſque dubio teſtes recipiendi ſunt ad probationem erroris: vt ff. de condi. inde. l. ij. ⁊ l. damus. Sol. vbi eſt ſimulatio, vel error, ibi non eſt conſenſus. Sed lex noſtra loquitur vbi non negatur conſenſus, ſed ſolum negatur veritas cauſe, ⁊ ſic non obſtat. Vel aliter in hoc articulo vtrum poſſit probari contrarium per teſtes. dic ſecundum Bar. quod aut negatur inſtrumentum eſſe inſtrumentum quia falſum dicitur: tunc habet locum probatio teſtium. vt. j. de contrahe. ſtipu. l. optimam. ⁊ j. de falſis. l. ſi quis decurio. aut non negatur inſtrumentum eſſe inſtrumentum: quia partes fatentur quod notarius ſcripſit. ⁊ fuit rogatus: ⁊ tunc aut quis vult probare contra ſolennitatem preſumptam ex inſtrumento. ⁊ poteſt probare per teſtes. vt. §. quod fere. aut vult probare contra id quod expreſſe continetur in inſtrumento: ⁊ tunc aut eſt cautio celebrata in ſcriptis ⁊ non poteſt probare contrarium. niſi per aliam ſcripturam: vt hic. aut eſt contractus ſine ſcriptis. ſed ſcriptura eſt facta ad probationem: ⁊ tunc poteſt contrarium probari quocunque modo: vt. l. ij. ⁊ iij. plus valere quod agi. Aduerte, ipſe intelligit iſtam l. ſolummodo in contractu celebrato in ſcriptis ſecundum Nico. de nea. qui dicit hic quod tex. qui loquitur hic de ſcriptura, intelligitur non ſolum quando ſcriptura facta eſt ad ſubſtantiam obligationis, ſed etiam ſi ad ſolam probationem: cum tota loquatur de viribus probationis, vt ibi, cauſe probatione ⁊c. ibi, religionem iudicis ⁊c. ⁊ hec eſt veritas. ⁊ ideo prima ſolutio verior eſt. ⁊ conclude: quia aut quis vult probare contra cauſam aſſertam. ⁊ ex certa ſcientia, ⁊ ſine ſimulatione: ⁊ tunc non poteſt, niſi probando per aliam ſcripturam. aut quis vult probare tale quid quod remouet conſenſum ab actu, ⁊ tunc poteſt etiam per te
